



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

Romani iudices. Capvt XVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

Haec aeneae operculum superiacebat, vnius cal- culi foramen habens, quo postea arcana mag- is iudicantes, contra suspectos vtebantur.

Forum denique funibus circumdabatur, iu- bente quidem Rege.

Thesmotetis autem forum implentibus, funium ambitus a quinquaginta pedum spa- tio ducebatur, & ministri astabant publici, ne quis iudicio non indigens accederet.

Fori portò iudicialis ianua, κηλυθίς di- cuntur, quas Romani cancellatas vocitant.

Trigonum forum aliud dicebatur à loci forma.

Parabystum ab obscuro, in quo situm est, loco.

Magnum verò Metichi forum, ab arti- fice Meticho sic dictum est, vt ait Pollux. τὸ Ἰ Μητίχου δὴ κατὰ τὴν μέγα, οὐτὼ κληθῆναι, ἀπ' ἀρχιτέκτονες μητίχου.

Επί τῷ numero quidem erant quinquaginta, & vnus Dracon autem hos constituit de opti- matibus electos. Ius autem dicebant sanguinis reis in quinque iudicijs.

His verò Solon Senatū ex Areopago ad- didit.

Pene autem ludibrio habitum est Epheta- rum iudicium.

Dicti autem videntur, quod primum Rege iudicante fortuita cadis reos, Dracon Ephe- tis iudicium hoc permisit, ἰφ σίμων, hoc est, translatiuum, id à Senatu faciens.

Romani iudices.

CAPVT XVII.

Romani longè minus primis temporibus, in iudicijs, ac litibus occupati fuerunt:

Testatur quidem illud, quod in maxima litium raritate, forum nullum erat definitū, vnde illud Virgilij.

Iudicijque forum, & Patribus dat iura vocan- tis.

Quamobrem Cato Censorius, eum desig- natam litibus sedem populus adornaret, pa- uimentoque infisteret, id fieri quam acutis- simis lapidibus curauit, ne gens Martia litigi- osis operibus paulatim assuesceret.

Quanti tamen iudicia fecerint, declarat Di- onysius Halicarnassensis, lib. 2 qui inter Re- gis potissima munia recenset, τῶν ἀδικημάτων τὰ μέγιστα τὸνάειν.

Forum acu- tis lapidibus cur strauit Cato.

Reges Ro- mani iudi- cis.

Transijt deinde hæc potestas ad Consules, qui, vt ait Suidas, eran τ προβουλοικὴ προήγο- ροι τὴν βρωμαίων πόλιν διοικοῦντες.

Et statim communicata cum Senatu. Nam ordo iudicium primi s temporibus tantum fuit penes Senatū, vt testatur Polybius lib. 6. Lege demum Gracchi iudicia ad equites trās- lata, vt liquet ex Appiano, & Velleio Pat- culo.

Sed maximè ordinarij iuris disceptatores Prætores fuerē, qui post annum sexcentisimū quartum, eum essent perpetua quæstiones in- troducæ, Carbone forum tenente sunt inst- tuti, vt habet Cicero in Bruto.

Sed nos hæc obiter, vt antiquorum curam penes iudicia ostenderemus.

De iudice.

Ex Philone Iudæo.

CAPVT XVIII.

Iudiciū vni- versis.

PRæclari Iudicis conditiones Philo Iudæus paucis complexus est.

Primum, inquit, requiritur, vt sit: πάντος ἀλόγου πάθους, & πάσης κακίας ἀμέτο- χος, vt sincerum animum habeat, & nullis prauis affectibus obnoxium, quod fiet, si is, qui iudicaturus tribunal ascendit, iudicari se non minus, quàm iudicare cogitet.

Facilis est recti persuasor innocens Iudex, contra nullas culpas timer reus, quas habere respexerit cognitorem.

Synceri autem animi magna pars syncera religio, idcirco iudex, Coll. 2. Authentic. apud Iustinum iuratur.

Κοινωνικὸν ἐμὴ τῆ ἀγίαν τῆ διῆ καθολι- κῆ, & Αποστολικῆ ἐκκλησίαν, καὶ κατ' οὐδένα πρόσωπον ἢ χρόνον ἐναντιώσασθαι αὐτῆ.

Secundum, quatuor primarijs virtutibus eminere debet: Prudētia, ne decipiatur; fortitudine, ne leuiter inflectatur; temperantia, ne voluptatibus corporis animi acies hebef- cat; iustitia eius anima est.

Hoc ipsum Plato confirmat, 2. de legib. μηδὲ τοὺς δικαστὰς ἐνεργεῖς ὄντας οἷος γένε- σθαι.

Tertium, Cauendū illi, ne incerta pro cer- tis accipiat, fidat oculis potius, quàm auribus.